Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosiastri (Hilarii) tractatus in Pauli epistolas ad Romanos et ad Corinthios - Cod. Aug. perg. 108

Ambrosiaster

[S.l.], [9. Jahrh.]

"Incipit tractuas sci Ambrosii Episcipi mediolanem sis super epistolas Beati Pauli inprimis ad Romanos"

urn:nbn:de:bsz:31-64858

Visual Library

INCIPIT TRACTATUS SCI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS SUPER EPISTOLAS BEATI PAULI APS. IN PRIMIS AD ROMANOS.

VT RERUM NOTITIA PLENIOR HABEATUR. PRINCIPIA RERUM requirenda sunt prius. Tunc enim potest facilius causae ratio declarari. si eius origo discatur. Cum enim epistolae date modum & rationem ostendimus. potest uerum uideri quod dicimus. Constat itaq; temporibus apostolorum iudeos propterea qd sub regno romano agerent. romae habitasse. Ex quibus hi qui crediderant tradiderunt romanis. ut xpm pfitentes legem seruarent; Romani autem audita fama uirtutum xpi. faciles ad credendum fuerunt. utpute prudentes. Nec immerito prudentes. qui male inducti. statim correcti sunt. & permanserunt in eo. Hi ergo ex iudaeis credentes xpm. ut datur intellegi. non accipiebant dm ee de dō. putantes uni dō aduersum; Quamobrem negat illos spitalem di gratiam consecutos. ac per hoc confirmationē eis deesse. Hi sunt qui & galatas subuerterant. ut a traditione apostolorū recederent. Quibus ideo irascitur aplus. quia docti bene. facile transducti fuerant. Romanis autem irasci non debuit. sed & laudare fidem illorum. quia nulla insignia uirtutum uidentes. nec aliquem apostolorum. susceper fidem xpi. ritu licet iudaico. In uerbis potius quam in sensu. Non enim expositū illis fuerat misterium crucis xpi. Propterea quibusdam aduenientibus qui recte crediderant. de edenda carne & non edenda. questiones fiebant. Et utrum nam spes quae in xpo est sufficeret. aut & lex seruanda esset. Quatuor igitur modis scribit romanis. arguens ab initio genus hominū fisica ratione. Hi enim sunt caput omnium gentium. ut in his discant & ceteri uniuersiq; gentiles. Primus modus est. quo se ostendit quid sit. et quid fuerit. & cuius sit. quo et hereses percutit. Secundus modus est quo arguit. quod naturae ratione non se subiecerint uni dō. Et quae in honesta & turpia egerint inuicem. despecti ob hoc a dō. ut gratulentur

G. B. HOF BIBLIOTHEK KARLSRUHE

credentes. Tercius modus est quod legem datam spreuerunt unde ante ponit
gratis iudeos. Quartus modus est quo doc& iudeos exorbitasse a lege et pmissio
ne di in causa xpi. Factosq similes gentilibus ut utriq indigeant misericor
dia di. Non p legem salutem sperando sed per fidem xpi ihu. Hinc est un
de omni industria id agit ut a lege eos tollat quia lex & pphetae usq ad iohan
nem. Et in sola illos fide xpi constituat & quasi contra legem euangelium uin
dicat. Non destruens legem sed pferens xpianismum. Asserit enim sic xpm
pmissum ut pdicato eo lex cessaret. Non tota quia ad breuiatio facta legis
quae compendio daret salutem. Multa enim ueteribus tradita sunt ppter
duritiam cordis illorum ut oneri eet quae misericordia di ad breuiauit p xpm
data pteritorum remissione. Ingratus est ergo misericordiae di qui uult ee
sub lege. Nam dixerat morses sic timentes facietis filii israhel ut quacumq
se uerterent legem haberent ut sine sollicitudine omnino non essent.
Igitur ut in xpo sine lege spem uitae salutisq ponendam tradat & dnm ipsum
esse omnium doceat.

PAULUS seruus ihu xpi. Apud ueteres nostros ratione nominis com
ponebantur. Ut isaac propter risum & iacob propter calcaneum.
Ita et iste propter inquietudinem saulus est nuncupatus. Postquam
au credidit ex saulo paulum se dic. Hoc est immutatum. Et quia saulus secun
dum supradictum sensum inquietudo seu temptatio interptatur. Hic cum ad
fidem xpi accessit paulum se dic. Id est ex temptatore factum quietum hu
milemq uel paruulum. Et quia pax est fides nra. Cum prius enim temptatio
nes ex inquietudine iudaismi di seruis inferret. post ipse temptationes pas
sus est propter spem quam ante amore iudaismi negarat. Seruum au
ihu xpi se pfitens a lege se exutum ostendit. Et ideo utrumq posuit id est
ihu xpi ut & di & hominis naturam signaret quia in utroq est dns. Sicut &
petrus apostolus testatur dicens. Hic est omnium dns. Quia ergo & dns est
& ds est. et sicut dauid dicit quia dns ipse est ds. qd hereses negant. Marcio

quasi